

non sufficerent yperpera VI mille predicta, quod acciperent de pecunia supradicta, et secundo anno acciperent de pecunia terciij. Quia predicta pecunia annorum trium non uidetur sufficere. Sed adhuc magna quantitas requiritur per ducham et consiliarios presentes, sine qua, dicunt, ipsa laboreria non posse compleri. Consulunt dicti sapientes, ne bonum inceptum in utilitatem maximam omnium desinat et perdatur, quod committatur duche et consiliarijs quod possint adhuc accipere modis prescriptis, pecuniam duorum annorum sequentium, predictos tres annos. Ita quod si non sufficeret pecunia primi accipiant de pecunia secundi, pro laborerijs suprascriptis.

De sic 72 — de non — non sinceri 3.

18

Τὰ παρὰ τοῦ τεχνίτου Φραγκίσκου Μάρκη ζητηθέντα σιδηρικά ἀξίας λιτρῶν γροσίων 25-30 ἀναγκαιοῦντα εἰς τὰ λιμενικά ἔργα Χάνδακος ἀποστέλλονται, καθὼς ξυλεία καὶ ἄλλα ζητηθέντα. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o46^{to} N^o 391. Eodem die.

Capta. Item quod mittantur pro dictis laborerijs ferramentum et lignamen petita propterea per magistrum Franciscum a Barchis que uidentur ascendere a uiginti quinque ad triginta libras grossorum. Et similiter dimidietas manorum ambarum sortarum petitarum per eundem magistrum Franciscum pro prefatis laborerijs transmittatur, scribendo duche et consiliarijs, quod de alia sartia minuta quam ipse magister Franciscus petit provideant et recuperent de inde, cum credamus ipsos de inde huiusmodi sartiam minutam, posse habiliter inuenire.

19

Περὶ ἐπιστροφῆς δανείου 3845 ὑπερπύρων καὶ 5 γροσίων πρὸς κατασκευὴν διπυρίτου διὰ τὰ κάτεργα τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o47^r N^o 392. Eodem die.

Capta. Ad expensas factas per ducham et consiliarios Crete, pro biscocto galearum nostrarum unionis et pro armata trium galearum armatarum per ipsos in Creta, quas expensas dicunt summarie ascendere yperpera triamilia octingenta quadraginta quinque, et grossos quinque, que petunt ut ea restituant in depositis certarum specialium personarum camere Crete unde acceperunt ipsa, consulunt dicti sapientes, quod mittantur eis omnes dicti denarij per illum modum, qui melior et utilior apparebit, ut ea restituant in depositis antedictis.

20

Τὰ ζητηθέντα διὰ τὸν ναύσταθμον ἀναγκαῖα νὰ ἀποσταλῶσι πλὴν τοῦ παρασκέρνου, τὸ ὁποῖον νὰ κατασκευασθῇ ἐν Κρήτῃ. 1336, Φεβρουαρίου 15.



F^o 47^r N^o 393. Eodem die.

Capta. Consulunt quoque sapientes, ad petita pro arsenatu, quod mittantur remigium et cetera minuta petita, et manum* postulatum pro trahendo galeas in terram et quod mittatur etiam dimidietas alterius sartie quas similiter petit, sed
5 paraschermum‡ dicti ducha et consiliarij prouideant facere ibi fieri inde, si necessarius est eisdem.

21

Περὶ ἀντικαταστάσεως φθαρέντων πλοίων. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o 47^r N^o 394. Eodem die.

Capta. Super eo uero, quod ipsi Ducha et consiliarij petunt unam galeam de mensura bucentauri, et duo ligna de mensuris aliorum duorum lignorum alias sibi missorum, et etiam alia duo ligna subtilia et parua, dicentes, quod de
5 galeis nostris quas habent, aliquae sunt ita ueteres, quod non sunt pro nauigando. Consulunt dicti sapientes quod concedatur arbitrium dictis nostris rectoribus quod de ipsis galeis ueteribus quae non sunt pro nauigandi, faciant uelut eis utile fore uidebitur. Et committatur capitaneo unionis nuper ituro, quod in suo reditu dimittat uel mittat in Cretam eisdem, unam de suis galeis nouis, munitam
10 omnibus armis et furnimentis, quae uidelicet, tunc habebit. Et de hinc prouideatur mitti unum lignum de mensuris illorum duorum quae alias sibi missa fuerunt furnitum, ut fuerit opportunum. De lignis uero paruis quae petunt, scribatur eis quod sibi deinde prouideant. Committendo tamen capitaneo unionis quod si contingeret, ipsum capere aliqua de lignis turchorum, unum uel duo predictis nos-
15 tris rectoribus debeat destinare.

22

Παρά τοῦ Δουκὸς Κρήτης ἐζητήθησαν εἰδικοὶ τεχνῖται, οἱ ὅποιοι ἀποστέλλονται μὲν, θὰ μισθοδο-
τοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ρεκτόρων. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o 47^r N^o 395. Eodem die.

Capta. Quod unus magister a curacijs et unus fillacanapus requisiti per ducham et consiliarios, recuperentur de hinc et mittantur eis cum eo stipendio quod
4 competere sibi uidebitur, quod ibi dicti nostri rectores faciant sibi solui.

23

Ἐπιτρέπεται λόγῳ χάριτος εἰς τὸν Ἰωάννην Κορνάρου τοῦ Ἀββᾶ ἐκ Χάνδακος νὰ ἀγοράσῃ τιμάρια
Ἑλλήνων κείμενα ἐκεῖθεν τῶν πρὸς δυσμὰς скаλωμάτων. Οὗτος ὀφείλει νὰ τελῇ τὰς τιμαριωτι-

* Manus=ἄγκυστρον πρὸς σύλληψιν πλοίων, μεταφορικῶς δὲ ἐργαλεῖον ἑλξεως.

‡ Κατὰ τὸν Ducange Parascernus νοεῖται εἶδος πλοίου.

